[illegible] quoque [illegible] calore [illegible] iambi
fuit uersus accepissim ad maledicendum;

Nr. 12, fol. 1
f 1v
Saec X

H ostile aratrum. exercitus insolens.
C ompesce mentem me quoque pectoris.
T emptauit dulci iuuenta.
F eruor. & in celeres iambos.
M isit furentem; nunc ego mitibus.
M utare quero tristia. dum mihi.
F ias recantatis amica.
O pprobriis. animumque reddas.

Metrum duobus uersibus alcaicum. Tercius dimeter iambicus l catalecticus. quartus pindaricus;

PARANETICE AGRI SABINI LAUS
ET MONTIS LUCRETILIS.

U elox amoenum saepe lucretilem.
M utat lyceo faunus & igneam.
D efendit aestatem capellis.
U sque meis pluuiosque uentos.
I mpune tu tum pernemus arbutos.
Q uerunt latentis & thima deuiae.
O lentis uxores mariti.
N ec uiridis metuunt colubres.
N ec martiales hediliae lupos.
U tcumque dulci tyndari fistula.
V alles & usticae cubantis.
L euia personuere saxa.
D i me tuentur dis pietas mea.
E t musa cordi est hinc tibi copia.
M anabit ad plenum benigno.
R uris honorum opulenta cornu.
H ic in reducta ualle caniculae.
U itabis aestus & fide teia.
D ices laborantes in uno.
P enelopen uitreamque circen.
H ic innocentis pocula lesbii.

Defendit aestatem ita dictum est ut solsticium pecori defendere nostro significat autem prohibere;

Id est Capras enim: id est hircorum et caprarum odor est capras dicit olentis mariti uxores. & hirci quorum uxores sunt male olentes;

S. Martialis testatur quod in tutela [illegible] sunt siluae;

Stadtbibliothek BERN

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.12, 1v – Horatius, Carmina; Acro (Pseudo-), Scholia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-gtet/5201/49675)